Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8259
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



clare cepit. Manus quoque illa quam eleemosinas
dare consueuerat adhuc recens seruata est
vna cum brachio. reliquo corpore impulueret
Nec mirandum preces Lc. iiij. redacto. T
regis illius iam cum domino regnantis multum
valere apud eum qui temporalis regni quondam
gubernacula tenens magis pro eterno regno
semper laborare ac deprecare solebat. De
nique ferunt quod a tempore matutine lau
dis sepius ad diem usque in orationibus persisteret.
Vulgatum est etiam et in consuetudinem pro
verbij versum quod inter verba orationis vitam
finierit. Namque cum armis et hostibus
circumseptus iam iamque videret se esse perimen
dum orauit pro animabus exercitus sui. Vnde
dicunt in proverbio. Deus miserere animabus dixit
Osiualdus cadens in terram. Tu autem
Ossa quoque illius translata et condita sunt in mo
nasterio quod dicitur beardanige. Porro caput